



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Enchiridion, Sive Manuale Confessariorum Et Poenitentium**

**Azpilcueta, Martín de**

**Antverpiæ, 1625**

De interrogationibus poenitentis, & qua prudentia facienda. cap. 5.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41661**

24 De potestate, scientia, & bonitate confessorij.

Secundus casus est, quando cōfiteres sunt personæ spirituales solitæ sæpè confiteri, & subinde communiter non aliis, quâ peccatis venialibus tenentur. Tertius est, quando pœnitens est in articulo mortis, & non adest alius, qui possit eum audire præter illum. Qua eadem ratione idem videtur dicendum de confessorio qui est apud infideles, Saracenos, vel Gentiles, penes quos sunt Christiani liberi, vel serui catenis vincti, vel soluti, quibus non est copia Confessorij peritioris. e

a Arg. cap. 1. parag. no. ne sede vacan. l. 6. & generaliter, parag. Apurios, ff. de Decurionibus. f Arg. 1. ad Tim. c. 1. & c. nihil de elec. & c. fin. eod. lib. 6. a Cap. non est putanda. qu. 1. b Arg. c. quid culpatur, 21. q. 1. & eorum quæ tradit. D. Th. 2. 2. q. 204. ar. 5. & 2. l. sent. dist. 89. 2. vlt. ad 3. c Arg. c. apoc. solica de elec. excom. milis. & ca. Innoquit. de elec. h Cap. 1. parag. exuat. parag. & labore. de pœn. di. 6. e Cap. illud 95. di. & cap. per Isaiam, 1. qu. 17. f 3. par. q. 54. art. 6. & 4. li. sent. di. 5. q. 2. q. 2. art. 2. q. 3. in cap. quando de conf. di. 1. c. 6. n. 43. & seq. g Arg. c. medicinali, & di. ca per Isai 2. q. 1. h Sess. 14. can. 9. & 10.

14 Sexto dicimus, quod etiam qui obedientiæ præcepto confessiones audit, iudicando se ad id non esse idoneum, peccat: nã neque prælatus id ei debet præcipere, f neq; subditus, si non est idoneus, debet id acceptare. a At si dubitat de sua sufficientia, poterit prælati sese præcepto conformare, b saltem si nouerit prælatum id muneri ei non iniunxisse irã, odio, amore, vel cupiditate permotum. Superior autem cum secura conscientia poterit hoc illi præcipere, si iudicat illum idoneum audiendis confessionibus quibus eum præficit, iuxta id quod dictum est. e

15 Septimo dicimus, quod bonitas Confessorij ad minus debet esse tanta, vt sit, vel probabiliter credat, se esse extra statum letiferæ culpæ: d nã si in eo statu audiret confessiones, & absolueret, mortalis culpæ reatum incurreret: quia omnis qui recipit, vel administrat sacramentum in peccato mortali, mortaliter peccat iuxta iura, e tradidimus nos post S. Tho. licet eius absolutio communiter valeat. g

16 Octauo dicimus, quod postquam hæc fuerunt typis excusæ, declarauit S. Conc. Trid. h hæreticum eum, qui dixerit, absolutionem sacramentalem sacerdotis non esse actum iudicalem, sed nudum ministerium pronuntiandi, & declarandi remissa esse peccata confitenti, modo tantum credat, se esse absolutum, aut sacerdos non serio, sed ioco absoluat. Eum item, qui dixerit, non requiri confessionem pœnitentis, vt sacerdos eum absolueret possit. Eum itera, qui dixerit, sacerdotem qui in peccato mortali est, potestatem ligandi & soluendi non habere, & irã absolutionem ab eo impetratam, non esse validam, vel eum, qui non est presbyter, posse sacramentum absolutionis conferre.

De his quæ Confessorius debet pœnitentem interrogare, & qua prudentia id facere debet.

CAPVT V.

- 1 Confessorius quæ debet interrogare sub pœna culpæ mortalis, nã mero 2.
- 3 Confessorius interrogando seruet hæc tria: Et circa peccata carnis hoc, 4.

Dictum

D Icturi d  
terroga  
nimus primo, q  
lud recte subin  
Secundo presu  
ideoque prud  
pœnitentem i  
relatum à Gra  
pienter interroga  
scultare: quibu  
tari conscientia  
ægroti, & iude  
2 Ex quibus in  
latius tractauit  
mortiferi ad in  
tit, & credit est  
ctuosa, cuiusm  
ob ignorantia,  
suu munus per  
pœnitens, aut in  
diaue præterm  
id non perpet  
tere aliquam in  
nẽ, nõ videatur  
audiui, intellig  
Alterã de num  
dicetur infra, h  
hoc, & toties in  
peseptius, aut in  
particulari eius  
neraliter cõfite  
farius an sit pec  
3 Infertur sec  
quæ nos m com  
nia quæ pœnit  
nes eiusdem q  
debet interrog  
facere. Secundu  
fere omnes no  
pœceptorum  
nes circa quatu  
fiæ sacramenta,  
que sensuum, &  
occultiora, que  
de his verbum  
que circumloqu  
ferat: si minus



**D**icturi de ijs quæ Confessarius tenetur pœnitentem interrogare, & qua prudentia id agere debet, præsupponimus primo, quod is, cui iniunctum est aliquod onus, debet illud recte subire i

Secundo præsupponimus, hoc esse præcipuū cōfessarij munus, ideoque prudenter exercendum, ac subinde interrogandum pœnitentem id, quod expedit, & nō amplius, iuxta illud a Aug. relatum à Gratiano b & à Magistro. c *Diligens confessarius sapienter interroget peccatorem quod forsitan ignorat, vel verecundia vulgescutare:* quibus verbis addit B. Tho. d confessarium teneri scrutari conscientiam peccatoris, sicut solet medicus ægritudinem ægroti, & iudex causam litigantis.

2 Ex quibus infertur, *Primo*, verū esse illud Angeli, e quod nos latius tractauimus, f nēpe, confessariū teneri sub pœna peccati mortiferi ad interrogandū omnia, quæ ipse videt, animaduertit, & credit esse necessaria ad hoc, vt cōfessio sit integra, & fructuosa, cuiusmodi est quod ipse existimat, pœnitētē velle silere ob ignorantia, inconsiderationē, aut obliuionem, g nam hoc ad suū munus pertinet, h sed non est eiusmodi, quod (suo iudicio) pœnitēs, aut intelligit, aut aduertit, neq; præ obliuione, verecundiaue prætermittit: tunc enim potest sibi persuadere, pœnitētē id non perpetrasse, vel iā alias fuisse confessum: quāuis omittere aliquam interrogationem per inaduertentiā, aut obliuionē, nō videatur esse mortiferū i Equidē ex cōfessionibus quas audiui, intelligo duas interrogationes esse maxime necessarias: Alterā de numero peccatorū, cuius expressio est necessaria, vt dicetur infra, k quia video paucos exprimere: Toties peccauit in hoc, & toties in illo: imō sibi fati fecisse videntur, dicendo: *Sepe sepepius, aut infinitis vicibus:* quod nō sufficit. Alterā de specie particulari eius, quod generaliter confitentur: quoniā adeo generaliter cōfitentur nōnulli, vt nequeat fati intelligere cōfessarius an sit peccatum veniale, an mortale, vt declaratur supra.

3 Infertur secundo, quod confessarius debet obseruare illa tria, quæ nos m comprobauimus. *Primum* est, vt non interroget omnia quæ pœnitens poterat commisisse: sed tātū illa, quæ homines eiusdem qualitatis efficere solent. n Vnde nec nobile laicū debet interrogare illa, quæ communiter soli ecclesiastici solent facere. *Secundum* est, vt solum interroget consueta peccata, quæ fere omnes nouerūt: qualia sunt transgressiones vltatiores præceptorum Decalogi, & seprē crimina capitalia, & omissiones circa quatuordecim articulos fidei, & circa septem Ecclesiæ sacramēta, & opera misericordiæ, & circa custodiam quinque sensuum, & alia huiusmodi. Nō autem interroget peccata occultiora, quæ perditissimi homines inuenerunt: vel si forsā de his verbum fecerit, ita caute & dissimulanter faciat, talibusque circumloquijs vtatur, vt si pœnitens illa commiserit, profertat: *si minus, ea non edificat.*

1 Ca. Nom. est putanda, i. q. i. & c. indic. 30. q. 5.

a In l. de vera & falsa pœnitent. b In c. i. de pœn. dist. 6. parag. diligēs. c In 4. di. 19. d In 4. di. 19. in expositione no liter. e In summa verbo interrogaciones in principio. f In di. 20. parag. diligēs. g Arg. cap. sū rect. 33 dist. h Ca. omnis de pœnit. & remiss.

i Arg. d. c. sit rect. & eorū, quæ in prel. 7. & in Rep. c. inter verba 11. q. 2. diximus. k In cap. 6.

1 Ca. 2 n. 6. m In d. dist. gens n. 2. & seq. n Arg. x. de testibus, cum his, quæ in d. parag. diligēs citamus.

4. Ter-

Sarij. iritua- is, quā ens est audire um de es, pe- el solu- to cō- cat: nā non est entia, ouerit vel cu- cientia iendis m est. i debet a lcti- solus- recipit, taliter us ab- xensa, b solā- alem, fa esse m, aut it, non e pol- rtali- lutione on est



4 Tertium, vt in peccatis carnalibus non descendat nimis ad peculiare circumstantias, singulas quasque minutatim interrogando, ne seipsum, aut poenitentem ad aliquam delectatione alliciat: etenim quemadmodum docet Philosoph. a & S. Tho. b delectabilia tanto magis mouent, quanto particularius considerantur. Quocirca cum de pollutione voluntaria, & extraordinaria, vel de fornicatione interrogat, nihil de modo perpetrandi disquirat, satis est enim dicere, quoties id commiserit, modo id explicet, quod necessarium est ad ipsius peccati naturam & speciem dignoscendam, citra descensum ad aliquas turpes circumstantias peccati. Quod adeo verum est, vt nullatenus poenitenti permittere debeat nimis distincte illas exprimere, e & consequenter summatim tantum debet interrogare de oculis, amplexibus, alijsque tactibus impudicis, eos, qui non sunt obstricti matrimonio: illos autem qui obstricti sunt, magis perfunctorie, vel nihil profusus, vel solum ad intelligendum, an aliqua extraordinaria pollutio fuerit subsequuta: vel an illi tactus fuerint cum probabilis pollutionis periculo, quoniam alia, aut non sunt peccata, aut non sunt nisi venialia, vt recte Caietanus d explicuit, & inferius dicitur. Imo & cum circa hoc aliquid confessarius interrogauerit, honestis vocabulis vti debet, neque turpiter nomet quod est turpe audire.

a 3. Ethicor.  
b Quolib. 1.  
q. 5. art. 9.

e Vii post 20  
hos in d. pa.  
rag. diligens,  
diximus.

d 2. 2. qu. 54.  
art. 2.

o Arg. princij  
prij proemij  
decretalium

De circumstantijs peccati.

CAPVT VI.

- 1 Circumstantia quid: & que sint eius species, nu. 2.
- 3 Circumstantia mutans speciem, necessario confitenda.
- 4 Circumstantia prohibita alia lego, quam ipsum peccatum, vt confitenda.
- 5 Circumstantia extenuans peccatum quando confitenda.
- 6 Circumstantie que necessario confitenda. nu. 7. 8. & seqq.
- 13 Circumstantie persone & religionis quando confitenda.
- 14 Circumstantia conscientie contraria quando confitenda.
- 15 Circumstantia numeri non est proprie circumstantia.
- 16 Peccati numerus vt augetur iterando, continuando, & interrompendo, nu. 17. & 18.
- 19 Poenitens potest vno verbo mille peccata confiteri.
- 20 Circumstantia oblita potest confiteri, peccato non confesso.

a Cap. con-  
deret. de poen  
dist. 5. l. aut  
facta ff. de  
poen. ca. sicut  
dignum de  
homicid.  
b Ibidem.  
c c. 2. q. 7. & in  
4. l. sent. di. 16  
d Ibidem.  
e 3. par. tit. 27.  
l. 17. parag. 4.  
Gerl. 2. par.  
fol. 170.  
f In princ. d.  
nsp. confite-  
re.

**D**E peccati circumstantijs dicimus primo, quod peccati circumstantia iuxta mentem iuris a Panor. & aliorum interpretum b S. Thomae c & omnium aliorum d & Antonini, e quos retulimus f alibi, est quoddam accidens actus humani, qui peccatum est. Dixi, Accidens: quoniam nulla circumstantia actus est eiusdem substantia

substantia.  
fit, vt actus  
iunctam cir-  
tia sit illud,  
xi: sed illius  
quati Alex  
2 Secund  
ptem, qua  
xilijs, cur, q  
bis placet,  
lo Palud po  
eo Quibus an  
peccati mu  
3 Tertio di  
& sola in fa  
qua efficiu  
talia: vel qu  
vt sint alter  
propter alia  
ciem, siue se  
m pertracta  
secundum S  
specialem ro  
vero illa tur  
busque praec  
Diximus  
in altero inc  
prohibens h  
uimus, & in  
te quorum e  
runt Hispan  
dixerit, nos  
peccati speci  
cumstantia, c  
speciem vni  
mutat specie  
cessario conf  
loquatur exp  
peccati, intel  
ex se bonum  
de illa, qua f  
ferum, sit tal  
suam essentia  
facit de bono  
respectu, vt  
to post dicit  
Concilium m